Successorum quosuis bene placitos libere, et
aliter convertend, Vigore, ac more aliar Reforma-
tionum, hactenus et diutius et diutius, in Regno 1669
Poloniae observari solitar.

Krasnosielska Manasterskim Conjugibus. Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren
Capitan Praemysliensis Nobilis Anna Manasterska
Nobilis Bogdani seu Demetrij Consors legitima, cum 1192
eiusdem Mariti sui Vitricis Coniugat assita et Vltro-
neo ad infrascripta recognoscend consensu, sana mente
et corpore existens A Terris Districtibus Iuribus Juris-
dictionibusque suis quibusuis proprijs et competen
recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemysliensis
Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus
bonisque suis quibus omnibus, totaliter et plenarie, incor-
porando atque subijciendo, palam, publice, libere, ac per-
sonaliter expressum recognouit. Quia ipsa de omni et integro
Iure suo infrascripto nempe de Inscriptione Terr Praemysliensis
Reformatoria in Positione Actorum eorundem Iudiciaria
per Item olim Paulum Manasterski Hawa Nobili Ma-
per … Winnicka Consorti legitimae, sui vero Recog-
noscend Parenti super Summam Quadringentorum flor
Polon in Vim Dotis et aliam similem Summam Qua-
dringentorum floren Polon in Vim Dotalitij, in et super
tota et integra medietate bonorum suorum quorum omni-
um assecurata, in Anno Millesimo, Sexcentesimo Qu…
gesimo Tertio, facta, et recognita, Sibi vero Recogno-
scenti per eandem suprascriptam Nobilem Marinam Winni-
cka sui Recognoscend Parentem, Actis Officij praesentibus
Castren Capitan Praemysliensis cessa et condescensa … Inscriptio-
nem et de Summis memoratis vtrisque Dotis scilicet

et Dotalicij cum omni praemissorum Iure, dominio pro-
1670 prietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque
et singulis Inscriptionum praedictarum originalium Reformationis
et subsequentium Cessionarum Iuribusque praedicti Cessionis Conditionis
summae quoque suprascriptae, et bonorum eadem Refor-
matione onerator utilitatibus, fructibus, proventibus,
reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus atti-
nentiis et pertinentiis quibuslibet universis. Nihil ex praemissis
Iuris dominij proprietatis, et cuiusvis competentiae ac
praerogativae pro se, aut quopiam alio reservando, seu
excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula moderna
Recognoscenti spectabant et concernebant, ac eidem
Legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto Nobi-
libus Ioanni Maradoerski, et Helizabethae Dakowska
Coniugibus legitimis et eorum posteris, (accepta ab ipsis
pro praemissis omnibus plenaria, et sufficienti satis
factione) Cedit et condescendit omneque et integrum hoc
idem Ius suum, ad praemissa sibi serviens, in personas
eorundem Nobilium Cessionariorum suorum, eorumque suc-
cessorum, totaliter, et plenarie transtulit, transfudit,
et incorporavit, prout transfert, transfundit, et
incorporat # Itaque praedicti personali Recognitione ad praemis-
sa mediante. # Pro ipsis Cessionariis Successoribus eorum posteris hoc idem Ius Cessionis praemissum omnimode tenendi habendi et possidendi illoque quiete et pacifice utendi fruendi, ac ad usus suos quoscumque Redemptione libere et efficaciter convertendi.

Eadem Krasnosielska Abrenuntiat bonis

1692 Compares personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitaneal. Sudomiriensibus, Nobilis Anna Mara-
dorska Nobilis Bogdani, seu Demetrii Krasnosiel-
ski Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui Vitricor
Coniugat.